



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De sacramento altaris. Quod huius sacramenti in veteri testamento figura
præceßit & baptismi. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*De cons. dist. tutis venire in hominem. Hoc sacramentum tan-
g. cap. Nouis. tum à iejunis accipi, & iejunis tradi debet, sicut &
fime.*

*Aug. cap. 13.
non longe à
princip. con-
tra p̄fist. 2.
Parmenian.
Temp. 7,*

tum à iejunis accipi, & iejunis tradi debet, sicut & baptisimus, nisi alter cogat necessitas. Nec debet iterari, sicut nec baptismus, vel ordo. Nulli enim sacramento facienda est iniuria: quod fieri putatur, quando non iterandum iteratur. Sed utrum aliqua vel nulla iterari possint, quæstio est. Nā de baptismō & ordine, quod non debeant iterari, aperre Aug. dicit. Utrumq; sacramentum est, & qua-
dam consecratione datur, illud quidem cum ba-
ptizatur, illud vero cum ordinatur. Ideoque in ec-
clesia catholica utrumq; nō sicut iterari, quia neutri facienda est iniuria: quod indubitate etiam de confirmatione tenendū est. De alijs vero virū iterari valeant vel debeant, postea diceremus.

DE SACRAMENTO ALTARIS ET eucharistia.

DISTINCT. VIII.

*Amb. c. 8. in
fin lib. de
isis qui ini-
ziantur my-
steriis.
Exod. 16.
Psal. 77.
Ioan. 6. d.
Ibid. c. 9. in
principio.
Exod 16. d*

Post sacramentum baptismi & confirmationis sequitur Eucharistia sacramentum. Per baptis-
mum mundamur, per eucharistiam in hono con-
summamur. Baptismus astus vitiorum extinguit,
eucharistia spiritualiter reficit. Vnde excellenter
eucharistia dicitur, id est, bona gratia: quia in hoc
sacramento non modo est augmentum virtutis
& gratiæ, sed ille totus sumitur, qui est fons & ori-
go totius gratiæ. Cuius figura præcessit, quando
manna pluit Deus patribus in deserto, qui quoti-
diano cœli pascebantur alimento. Vnde, Panem
Angelorum manducavit homo. Sed tunc qui pa-
nem illum manducaverunt mortui sunt, Iste ve-
ro panis viuus, qui de cœlo descendit, vitam mun-
do tribuit. Manna illud de cœlo: hoc super cœ-
lum. Illud veribus scatibat in diem alterum re-
seruatū: hoc ab omni corruptione alienum. Qui
cumq; religiose gustauerit corruptionem non vi-
debit: Illud datū fuit antiquis post transitū maris
rubri:

rabri: vbi submersis Ægyptiis liberati sunt Hebræi. Ita hoc cœleste manna: nonnisi renatis præstari debet. Panis ille corporalis populum anti-^{Ioan. 19. f} quum ad terrā promissionis per desertū eduxit. Hęc esca cœlestis fideles huius seculi per desertum transeuntes in cœlū subuehit. Vnde rectè viaticū appellatur: quia in via nos reficiens, usq; in patriā dedit. Sicut ergo in mari rubro figura baptismi præcessit, ita in manna significatio Dominici corporis. Hęc duo sacramenta demonstrata sunt, vbi de latere Christi sanguis, & aqua profluxerunt: ^{Exod. 12. b} quia Christus per sanguinem redēptionis, & a-^{Genes. 14. d} quam ablutionis nos redimere venit à diabolo, & De sacra à peccato: sicut Israelitas per sanguinem agni pa-^{mentis lib.} schalis ab exterminatore, & per aquam maris ru-^{4 cap. 3. in} bri ab Ægyptiis liberauit. Huius etiam sacramen-^{princ in to. 4} ti ritum Melchisedech ostendit, vbi panem & vi- num Abrahæ obtulit. Vnde vt ait Ambr. intelligi datur anteciora esse sacramenta Christianorum, quam Iudeorum.

De institutione sacramenti. B

Hic etiam alia consideranda occurunt quatuor, scil. sacramentum, institutio, forma, & res. Sacra-^{Matth. 26. e} mentum dominus instituit, quando post typicum agnum corpus & sanguinem suum discipulis in cœna porrexit. Vnde Eusebius Em. senus. Quia ^{Euseb. hom.} corpus assumptum ablatur erat ab oculis, & il-^{5. de Pascha.} latus syderibus, necesse erat ut die cœnæ, sacra-^{ad princ.} mentum nobis corporis & sanguinis consecraret: ut coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in precium.

De forma. C

Forma verò est, quam ipse ibidem edidit dicens, Hoc est corpus meum: & post, Hic est sanguis meus.^{Matth. 26. e} Cum n. hęc verba proferuntur, cōuersio sit panis & vini in substantiam corporis & sanguinis Chri- sti: reliqua ad laudem Dei dicuntur. Vnde Ambr. Ser-